

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

ORACULUM SACRUM XVIII.

Phil. I. 23.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Συέχομαι ἢ ὅτι τῶν δύο τῆν ἐπιθυμίῶν
ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν χριστῷ εἶναι.

Latina Versio Vulgata.

Coarctor enim è duobus, desiderium
habens dissolvi & esse eam Christo.

Versio B. LUTHERI.

Denn es lieget mir beydes harte an/
ich habe lust abzuscheyden und bey Chri-
sto zu seyn.

N O T Æ.

I. Apostolus heic non utitur passivò ἀνα-
λυθῆναι, sed ætivò ἀναλῦσαι cupio migrare
vel remigrare ad Christum, sicut Luc. XII. 36.
in parabola dicitur de Domino, qvando reversurus sit ex
nuptiis. Hinc bene Lutherus: Ich habe lust
abzuscheyden. Confer 1. Cor. V. 8. & II. Tim. IV. 6
ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐπέστη, quod
Lutherus eodem modo vertit: Die Zeit mei-
nes Abschieds ist verhanden, contra versionem
vulgatam, quam sequuntur Ben. Arias Montanus,
Præsius & alii.

II. E&

II. Est autem ἀναλῦσαι verbum nauticum, & significat solvere à litore & discedere, quò sensu usurpatur apud, Homerum Odysf. o

ἀνά τῷ πνεύματι λύσαι
pro ἀναλύσαι,

III. Ex hoc loco ita colligimus:

Si Pauli anima post mortem est apud Christum, utiq; erit immortalis. At verum prius. E. & posterius.

Opponendum hoc argumentum.

2. *Græcis* & cum primis *Adimanto*, heretico, qui anime immortalitatem negabat hoc usus argumentò:

Sanguis est in anima Deut. XII. 23.

Sanguis autem corrumpitur.

E. & anima perit. Quum tamen *Moses* in loco allegato loquatur de anima brutorum.

2. *Sociniani*, qui *Græcorum* vestigia legunt. Et quamvis operose protestentur, se non negare animas post hanc vitam superesse, sed potius cum sacra scriptura credere pulverem reverti in terram, unde desumptus est, Spiritum autem redire ad DEum, qui illum dedit, ut loquitur *Smalcus* contra *Franz*. p. 409. tamen hæc ipsorum protestatio facta est contraria. *Negant enim animas à morte usq; ad extremum diem ullà felicitate frui: negant ani-*

ma se-

ma separate internas operationes. Sic enim
 Smalcus in Exam. cent. Errorum p. 33. *U. corp.*
 inquit, sine anima: Sic etiam anima sine corpore
 NULLAS operationes exercere potest. Quare pe-
 rinde sit, ac si anima illorum nulla sit. Jam vero cer-
 p. sine anima nullas prorsus operationes edere posse
 certum est. Et Exam. CLVII. Error. p. 49. ita
 scribit: Quemadmodum corpus sine spiritu CA-
 DAVER est: Sic vicissim Spiritus sine corpore,
 NULLAS ACTIONES exercere potest. E. ani-
 ma, secundum Smalcium, non magis opera-
 tiones vitales aut alias internas edit, quam
 cadaver actiones edere potest.

Præterea Sociniani pleraq; scriptura di-
 cta pervertunt, quibus animarum immorta-
 litas solidè potest demonstrari. Hinc Smal-
 cius contra Franz. locum præsentem colligit,
 & quadruplici pulsat ariete.

I. Obvertit Apostolum nihil de anima loqui,
 nec de anima eum loqui ullâ ratione probari pos-
 se, sed de se toto quod cupiat esse cum Christo,
 quemadmodum totus dissolvi cupiebat. Sed
 quamvis Apostolus non expressè faciat men-
 tionem animæ, tamen animæ immortalitas per
 bonam consequentiam ex h. l. potest haberi.
 Nam Paulus cupiebat esse cum Christo in se-

127

cundum animam, aut secundum totum compositum.

Jam verò Apostolus non cupiebat esse cum Christo secundum totum compositum. No-
verat enim divinum estatum: Terra es, & in
terram reverteris Gen. III. 19. illud Ecclesiastæ:
Pulvis revertitur in terram, unde erat. Ecle-
st. XII. 12.

E. Apostolus cupivit esse cum Christo se-
cundum animam.

Nec obstant exempla Enochi & Elie,
quos Tertullianus de Resurrect. candidatos atri-
vitatis adpellat. Hi enim peculiari privilegio
corporibus juxta atq; animabus è mortalibus
fuerunt evocati. *Exempla igitur singularia in
regulam non sunt trahenda.*

II. Deinde Smalcusica excipit: Longè sunt
diversa, animam alicujus esse superstitem, & eam esse
cum Christo, cum Christo enim esse est frui eadem
felicitate, quâ ille fruatur. Posset autem anima
alicujus superstes esse, & tamen non frui felicitate
illâ, quâ Christus fruatur, quum constet diem
illum ultimum destinatum esse premio fidelium.
Sed quamvis hæc non sint reciproca, animam
esse superstitem, & frui felicitate alterius vita,
tamen bona omninò est sequela: *Si anima*
B. Pauli post solutionem à corpore est cum Chri-
sto

to, ubiq; non solum est superstes, sed etiam fruitur
caelesti felicitate. Nam anima, quæ est cum
Christo, eadem fruitur felicitate, quæ ille fruitur,
farente Smalcio.

III. Contendit Smalcus Paulum quidem
cupivisse esse cum Christo, non tamen STATIM,
sed SUO TEMPORE. Et Exam. CLVII. Error.
p. 412. ita scribit: Anima Pauli usq; ad illum di-
em (ultimum) nulla voluptate fruitur. Sed hoc
STATIM probat 1. Pauli effatum: Cupio dis-
solvî & esse cum Christo, 2. ipsius desiderium:
in Injunctis exo. 3. mortis elogium. Nam
mortem xēdē adpellat. His adde τὸ ἀναψῆς
Apoc. XIV. 13. τ' ἀναψῆς, Luc. XXIII. 43. quod
non cum precedentibus, DICO TIBI, ut fingit
Smalcus, sed sequentibus conjungi debere, è textu
vulgentissimi patet. Quod autem dixit ad la-
ronem, hoc non illi soli dictum, sed omnibus
sanctis, ait Origenes homil. XV. in Genes.

IV. Deniq; ogganit Smalcus, Paulum jure
cupivisse, se cupere esse cum Christo, quia
cupivisse, ut anima sua sibi restitueretur in ultimo
die, quæ à morte usq; ad illum diem, nulla volu-
ptate fruitur. Sed Paulus h. l. non optat re-
stitutionem animæ in die Injuncta, sed dispo-
sitionem animæ & corporis, & quidem ideò o-
portet, ut possit esse cum Christo, quæ ad ani-

L

mama

nam in statu gloriae, uti paulo post videbitur.

Opponendum hoc argumentum

3. Anabaptistis, existimantibus, animas beatorum ante diem iudicii non frui beatificā DEi visione. Quum tamen omnino distingrendum inter salutem animarum, & inter salutem totius compositi. Sed hunc errorem masculus profligavit incomparabilis Theologus Dn. D. Gerhardus b. m. artic. de Morte §. 149.

Deniq; hoc argumentum opponendum

4. ARMINIANIS, qui errorem hunc non solum emolliunt, sed & de statu animae separatae *enō* tenent. Sic enim Henricus Statius Declar. apert. p. 53. scriptitat: *An animae etiam superstitae maneat nescitum, saltem non est comprehensibile, ut & Job. Geisteranus in Confessione de anima immortalitate, interrogatus, an anima post mortem hominis immortalis essentia maneat.* Resp. animas esse in manu DEi, sed quā ratione an ut viva, vel ut mortuae, mortales aut immortales, se istud nescire.

IV. Status gloriae & gratiae non sunt opponendi. Paulus quoad animam cupit esse cum Christo in statu gloriae, & cum eo frui perfectā beatitudine, exinde tamen non sequitur, Christum Paulo non ad fuisse in statu gratiae & quā

dem etiam secundum humanam naturam.
 Contrarium liquet ex II. Timoth. IV. 17. quan-
 do Paulus inquit; Dominus mihi adfuit in
 prima defensione. Nam per *υπερ* intelli-
 gitur Christus, & quidem juxta utramq; natu-
 ram, quia loquitur heic Apostolus de JESU
 Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos
 in apparitione sua, & in regno suo. v. 1. & qui
 reddet Paulo & omnibus, adventum ipsius di-
 gentibus, coronam justitiæ, v. 8.

2. Per *ro* adfuisse Dominum Paulo Romæ
 in prima ipsius defensione, notatur præsentia
 divina illocalis gratiosa, quæ præsentia Christi
 gloriosa non est opponenda, contra Calvinia-
 nos.

V. Denique è loco præsentie ita colligimus:
 anima piorum post beatam *αναλυσι* sunt
 cum Christo, utiq; non sunt in flammis purga-
 torii, contra purgatorii calefactores, à quibus ta-
 men hac in parte rectè discedit Jesuita Justinia-
 nus, qui in comment. super hunc locum rectè
 colligit: *animas beatorum corporibus solutas fla-
 mme vivere cum Christo.* Ego his contentus, ad
 alia pergo & nunc hesto

PATRES.

Clauduntur oculi in persecvutionibus
 terræ, sed patet cœlum, minatur Anti-Christus
 sed

L 2

sed

sed Christus solatur: mors inferitur, sed immortalitas sequitur: occisus mundo eripitur, sed restituto paradiso exhibetur: vita temporalis extinguitur, sed aeterna reparatur, quanta est dignitas & quanta securitas exire, hinc latum, exire inter presuras & angustias gloriosum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur & mundus, & aperire eosdem STATIM, ut DEUS videatur & Christus. *Cyprianus lib. de Exhort. Martyr ad Fortunat. cap. ultimo.*

Vos non terra contextit, sed COELUM excepit: Apertae sunt vobis paradisi portae, dignum profecto exercitibus Angelorum, Patriarchis, prophetis & iustis omnibus spectaculum, Ita *B. Basilius Bb. Martyres alloquitur hom. XL. in Martyr.* Hostis & occidens non extinguit nostram vitam, ne timeas. Confidendum adversa pateris: non solum enim te liberat corruptione & molestia, sed etiam STATIM te ad Dominum transmittit, propterea non dixit, cum sumus in corpore, sed quasi in aliena domo hospitaremur. *Chrysof. 2. Cor. 5.*

Gaudendum nobis magis censeo quam dolendum, quando tempus moriendi advenit, quoniam corruptione corporis mors ipsa corrumpitur, *Idem cap. 10. in Genes. hom. 35.*

Eja Domine moriar, ut te videam, videam,
 ut heic moriar. Nolo vivere, volo mori. Dis-
 solvi cupio & ESSE cum CHRISTO. Mori
 desidero, ut videam Christum, vivere renuo, ut
 vivam cum Christo, *piè suspirat Augustinus in
 Soli loquitis cap. 1.*

Qui desiderat dissolvi & esse cum Christo, non
 impatienter moritur, sed patienter vivit & de-
 stabiliter moritur, *Idem in Evang. Job.*

His adjungo B. Lutherum & quidem
 ideo, quia Bellarminus de Sanctorum beatit.
 Collex mendacissimo Staphylo ipsi conatur impin-
 gere, ac si negarit, beatorum animas nunc visio-
 nelone DEI beatificà frui. Sic enim in Genesi,
 quando de hoc argumento disputat, tandem
 concludit: *Quando emigramus ex hac vita, ra-
 cidemur in Christi sinum: Vide B. Luth. in cap. 25.
 Genes. f. 325.*

Nun wil ich williglich hinfahren auß diesem
 Leben/

Nun wil ich meinen Geist dem Schöpffer
 wiedergeben/

Den ich mit Simeon/ den Bräutigam
 angeschaut/

Der sich mit meiner Seel im Glau-
 ben hat vertraut.

L 3

Ex

Ex Matth. XI. 27.

*A Patre cœlesti sunt Christo tradita cuncta,
Hinc homo divinam Christus habet divitiarum.*

ORACULUM SACRUM. XIX.

Matth. XXIIII. 18.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Καὶ προσελθὼν ὁ ἰησοῦς ἐλάλησε τοῖς μαθηταῖς λέγων· ἐδόθη μοι πάντα ἐξουσία ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Versio vulgata.

Et accedens IESUS loquutus est discipulis dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

Versio B. LUTHERI.

Und IESUS trat zu seinen Jüngern und sprach: Mir ist gegeben alle Gewalt im Himmel und auff Erden.

N O T Æ.

1. Per vocabulum ἐξουσία h. l. non intelligitur autoritas quædam absq; potentia, sed ipsa divina & infinita ἐξουσία. Quod patet ex προσδιορισμῷ additione.

Dicitur enim πάντα ἐξουσία. Si autem li-